Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Animalibus libri I-XXVI - Cod. Aug. pap. 11

Albertus <Magnus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Liber XIV; Tractatus I

urn:nbn:de:bsz:31-87034

Visual Library

248

testinum in quibusdam istorum animalium. Quidam
etiam modi istius generis animalium habent post os
ventrem qui est intestinum involutum. Genus
autem est serpentis qui est animal quoddam quod vo-
catur arabice alkeschar. Habet namque istarum. Habet
enim membrum dictum et orificium habet et linguam
et per illam recipit cibum sicut recipiunt
arbores radice. Et ideo cibus eius est
humiditas terre. Ad omnia autem animalia carentia
sanguine sufficit pauci cibi propter parvitatem suorum
corporum et paucitatem caloris.

**Incipit liber decimus quartus de animalibus
in quo agitur de membris exterioribus anima-
lium. Tractatus primus de membris exterioribus
annulosorum et ostreorum et malakie.
Capitulum primum de membris exterioribus annu-
losorum.**

Postquam autem de interioribus
animalium diversitatis animalium iam
declaratum est reducendum est
primo ad exteriorum earundem
membra diversitatem animalium. Et ut non cogamur
repetere dicta dicemus primo exteriora membra
annulosorum quorum ultimo in precedenti libro diximus
membra interiora. Hec autem sunt animalia pauco-
rum sensuum et debiliora ceteris animalibus perfectis
sanguinem habentibus propter quod genus est talium
animalium non esse multa membra exteriora. Ali-
quidam eorum multum ab aliis diversificantur. Quae-
dam enim annulosorum multos habent pedes
propter suam tarditatem naturalem quia tarditas ex
naturali causatur frigore et ex multis pedibus mo-
tus eorum fit levior. Hec enim est sola causa
quare animal frigidum ut in pluribus est
multipes. Et propter corporis sui longitudinem
sicut genus animalis quod dicitur bolo et
per annulosum effectum est propter multitudinem
sue carnis. Et hac de causa multos habent
pedes. Aliud vero degenere talium animalium pau-
ce carnis et parvi corporis est. Generaliter etiam pe-
des habet secundum hoc pauciores et maxime
autem quod dicitur solitaria et hec est musca que
solitarie volans et est valde magna. Duces
autem annulosa que volant in comitatu et co-
habitant simul cum aliis quatuor habent alas
et sunt leviora corpore sicut apes et
sibi similia et habent duos pedes in dextra
et duos in sinistra nec habent magis quam sex
pedes nec multitudo et omnis pedum pro-
habeat suum victum. Ergo quod ex ipsis animalibus
est parvum habet duas alas tantum sicut genus
muscarum. Quod non quidem est parvum sed regimen
vite eius est frigidum et declaratum multas alas
sicut sunt ale apis ita quod sunt ale sicut me-
branales sicut sunt genera vesparum et sibi similia.
Et hoc est propter salutem alarum. Quia vero hoc
animal est frigidum et manens pauci motus contin-
gens accidit ei occasio in firmitate. Talis
quod in animalibus que sunt huius motus. Et ala istius
animalis est fissa in duo nec habet membrum istud
quod carne assistatur neque ale eius sunt plumma-
te sed membranales et necessario separatur tela
illa a corpore quando pars carnosa que est in eis
infrigidatur. Hoc autem animal non est annulosi cor-
poris nisi propter causas superius dictas per annu-
lositatem autem corporis efficitur curvum post-
quam fuit longum et hoc esset impossibile
si non esset annulositas in corpore. Quod autem
ex huiusmodi animalibus est non involutum efficitur
durum quando corpus eius in se constringit et in
se ipso adunat et hoc manifestum est in
vespa iohalh. Hoc enim quando timet immo-
bilis fit et valde dura. Hoc enim animal necessario
factum est annulosi corporis quoniam ex natura
eius est ut habeat multas induraciones et
in hoc est secundum aliquid assimilatur arboribus. Is-
tud etiam animal vivit abscisum modico tem-
pore sed arbores abscise qualescunque per-
fecto propter quod ex una arbore multa
oriuntur quando abscisa fuit amplius. Autem qui-
dam annulosorum habent aculeum qui natura dat
ad arma et angorem et utilitatem de-
fensionis et quedam ipsorum habent aculeum mix-
tum lingue et quedam in cauda. Et sicut
in elefante promuscida complet in duo
opera ad arma videlicet et ad usum
cibi. Ita in duplici usu hec annulosa habent
linguam aculeatam. Sunt enim armata per
eam et per ipsam etiam sugunt cibum ab interiori
corporum animalium que perforant per ipsam et
sentit per ipsum cibum. Si autem quedam de nu-
mero annulosorum non habent huius aculeatam
linguam habentes dentes quidem qui movent-
tur unus ad dextra et altera a sinistra
per quos accipiunt et sentiunt cibum sicut
formice et aranei et opimaci et apes
et vespe. Alia autem habent aculeum in

in posteriori caude sic et quedam istorum sunt eis intra corpus et quedam extra prominentes. Intra quidem ut apud genera vesperum magne. Extra autem prominentes sunt genera scorpionum. Nam si aculei apum et vesparum essent extra corpus tunc semper de facili quia est debilis et gracilis et esset causa ponderositatis. Scorpionum vero quia quasi sunt aculeos habent cum extra fortitudine et quia non volant et ideo non gravantur pondere suo. Et hec animalia omnia que retro in cauda habent aculeum ad arma tamen nec est aliquod quod habens duas alas tantum et habens aculeum propter sui debilitatem et carentiam sanguinis. Muscarum autem animalis prius aculeati anterius est valde minus et spetie sicut sunt tafani et cinifes et pulices et huius et quamquam in istius modi aculeum habet defert animal inde quod potens est aculeatum et ideo etiam defert eum in anteriori corpore ubi est vigorosius. Nec tamen cum eo pugnat cum aculeo nisi cum difficultate et labore propter sui debilitatem. Muscarum non aculeatum animalium quatuor habentium multas alas multitudinem habent alarum propter magnitudinem corporis et vigorem. Et hoc animal habet vigorem in membris posterioribus et ideo habet aculeum post. Melius tamen est ut sit unum membrum conveniens operationi una quam aliud alii nisi necessitas compellat ad hoc quod unum habeat duas operationes. Et ideo aculeus talis acutus non est nisi loco armorum. Aculeus autem qui est in lingua est ad attrahendum cibum. Natura quippe ubi convenienter potest utitur duobus membris ad duas operationes ubi unum non prohibet aliud. Nichil enim facit otiose aliquando autem uno membro utitur individualibus operationibus sicut etiam faber facit unum instrumentum aliquando ad duas operationes sicut facit lucerna que est et vas respiratorium et tenens candelam. Sic etiam quando non convenienter uti potest natura eodem membro ad duas operationes tunc facit unum membrum et dimittit aliud. Amplius autem pedes horum modorum animalium sunt maiores eo quod ipsi habent duros aculeos et non bene condent. Et ideo fortem comprehensionem ad tenendum quod accipiunt opportunum est habere in pedibus anterioribus. Non enim capiunt quod considerant nisi per virtutem pedum anteriorum ad visum autem patet hoc animalia facere quod dictum est sicut videtur in quibusdam muscarum. Et modus eundi animalium que apibus assimilantur: pedes autem posteriores maiores sunt mediis. Hii enim sunt ad duo scilicet ad ambulandum. Nam portant maiorem corporis pedes posteriores et sunt etiam ad impingendum quando a terra elevantur ad saltum vel volatum. Et ad hoc exigitur fortitudo. Hoc autem manifestius est in hiis que saltant animalibus sicut locusta et pulex. Hii enim posteriores pedes primo flectunt et postea subito extendunt et sic impingunt totum corpus ad saltum a terra accipiendum. In tali ergo saltu oportet flecti pedes ad anterius corporis et genu cruris curvatur ad exterius. Et talis inflexio in anterioribus pedibus invenitur et per contrarium. Cum enim isti modi sex pedes habent cum duobus longis posterioribus per quos accipiunt saltum. Hec enim est dispositio membrorum exteriorum corporum animalium anulosorum.

Capitulum XV de membris exterioribus ostreorum et conchiliorum

Animal autem dure teste in exterioribus membris non magnam habet diversitatem. Est enim de animalibus fixis et quasi manentibus in loco uno et si movetur tarde et modicus est eius motus. Sed ea que sunt multe diversitatis in membris exterioribus illa sunt que sunt multarum operationum et multarum motuum propter quas indigent multiplicibus organis. Quedam vero modi ostreorum conchiliorum non moventur omnino quedam autem moventur sed modicum propter quod natura contexit hec ne exterius vel deforent et circumposuit eis testas duras ad se salvandum in eis. Amplius autem quedam istorum habent concham unicam et quedam duas et quedam sunt similia faucinos sp spinis dorsinis(?). Quedam autem involutam spiralem habent ~~testam~~ corporis et intestinum sic id quod dicitur kiricoz(?) qui est quidam modus halzam sive conchilii. Quedam autem sunt rotundi corporis sicut hiricius. Amplius autem quedam eorum que duas habent conchas aperiunt et claudunt eas sicut ostreum quod pecten vocatur et sicut id quod vocatur

moce. Quedam autem duas conchas habent
applicatas ad inuicem et colligatas in me
dio ubi fortior et maior est concha sicut
id quod grece pelmon vocatur quod latine sonat
inuenis eo quod semper sit recens et non diu
viuit. Universaliter autem hec omnia animalia que
dure teste vocantur et a quibusdam vocantur te-
studines secundum veritatem aut sunt que apud nos
ostrea conchilia vocantur vel nomine habent si-
cut eciam plantis in hoc quod caput in inicio
non plantarum capita non habent distincta per
figuram sicut in iumentis preter illa quidem sicut
per radicem. Et ideo eciam infixe in corpore suo di-
des eius et caput a quibusdam propter quod eis
accidit membra sua que in superiora sunt loco et in
situ superiora esse in hoc quod officia habent superiorum
sicut auris et caput. Et econtrario eis superiora
esse inferiora per eundem modum. Est autem huius ani-
malis os per quod colat aquam dulcem quod
sugit in iumentis. Et omnes quidem isti mo-
rilla animalia habent caput nisi sicut dictum est.
Membra non alia corporis eius non sunt nomi-
ata non enim nominata in eo nisi membrum recipiens
cibum. Et autem membra per que egrediuntur superfluitates
sue superius in situ in piscis amplius
autem ea que mouentur de istis animalibus habent or-
gana motus sed pocius motus ipsorum est
extendendo se ad locum ad quem vult moueri et
trahendo residuum corporis post ipsum sicut
patet in motu testitudinis. Similia autem
plantis videntur sicut dictum est in principio
libri quoniam quedam ipsorum sub arena in fixa non
pasciuntur nisi humore maris euomentes ad
quem se applicat utraque eius colatum accipiunt
et oscula impingunt propter quod quoddam est
in euenito hec ergo sunt imperfecta valde

Capitulum 3m de membris corporis que mollis
teste vocantur animalium

Animalia autem mollis teste non
sunt manencia sed ambulativa
in aqua et hec habent magnos
pedes. Pedem autem hic vocamus
totum organum progressiuum motum quo perficitur am-
bulacio hec est eius eundem pedibus simul. Genera
autem istius modi sunt quatuor karabo vide-
licet et tasy et hakoka et cancer. Quodlibet
enim horum generum habet modos diuersos non solum in

figura sed eciam magnitudine et magnitudine
corporis. Modi autem karabo maiore maio-
rem inter animalia habent similitudinem secundum visum
in figura membrorum exteriorum. Utrique enim istorum
habet enim duas quasi forfices que videntur quasi in v-
su manuum collaboratos ad apprehendendum esse for-
mata et sunt grossa hec enim in manibus anima-
libus non sunt ad ambulandum sed pocius ad ac-
cipiendum et retinendum quasi loco manuum ex-
istenciam propter quod eciam videntur quasi additamen-
ta sita extra locum pedum aliorum. Radices enim
in quibus in figuntur corpori per longitudinem confundium
subtus corpus animalis in fine illa autem cau-
da radicantur in medio lateris ex utraque
parte hec enim additamenta applicantur secundum
indigenciam operacionum suarum et ipsis accipi-
unt quedam ad cibum et nutrimenta et appli-
cantur ori suo. Invicem quibus et aliis quen...
cancer et karabo sed differunt quia licet
cancer fluuialis habet caudam sicut karabo
tamen cancer omnino non habet caudam omnino. Et hoc
tamen est quia karabo caudam non habet ad natan-
dum tamen quia per illam non venit nisi re-
trorsum et hoc non est secundum motum nature
sed pocius karabo fulcitur cauda et na-
tat pedibus magnis sicut kalacoz. Cancer
qui tamen sit animal pelagosum sed manens in
rimis lapidum et scissuris petre terram non indi-
gent cauda fulciente. Aliud autem de genibus
cancrorum est pelagosum habet pedes debiles
multum et parum ambulat sicut cancer qui
vocatur habaz et qui vocatur hakekokoz
qui non consueuit ambulacioni nisi per modicum.
Et propter salutem defensionis habent cor-
pora sicut sunt corpora halzum sive can-
chilioum hec autem esse per eam propter quod mo-
habaz facti sunt graciles pedum. Modus
autem qui dicitur kachkokoz est cancrorum
pedum duo non alii mo cancrorum priorum
qui tamen prius piscibus deprehenduntur habent
multos pedes latos. Pentes motibus
suis eo quod sunt alarum natandum eo quod sunt
lati inter hakakoz et aliis modis qui can-
cris assistunt est diuersitas eo quod haka-
koz habent caudas. Inter illa autem que hiis
karabo assistunt est diuersitas eo quod non
habent additamenta manualia sicut habet kara-
bo hiis autem carent additamentis propter

pedum suorum multitudinem habet. Alii autem
habent multos pedes eo quod natat pedibus sicut
remis et non ambulat super pedes suos. Ma-
bra non que sunt in parte capitis et dorsi spatha
ad recipiendum aquam ventris et ad eiciendum
ipsam et hec sunt sicut branchi et multe
plicaturis et hec magis sunt in feminis quam
in maribus. Et precipue in maribus karabo
femine cancrorum membra sunt spissiora et for-
tiora in partibus posterioribus per quas claudit
et aperit. Et ideo ibi ovant et ibi tenent ova non
remota sicut ovant pisces et alii modi
ovantes quod locorum suorum amplitudine amplius.
Aut quia corpus eorum est maius in dextro
eo etiam additamentum dextrum est maius in
omnibus cancris et aliis marinis qui sunt sicut
cancri. In karabo autem etiam est maius et
fortius additamentum dextrum eo quod pars
dextra in omnibus animalibus est maior et
fortior. Natura enim maiorem partem vigo-
rem in parte qua sepius utitur operatione
sicut apparet in dentibus dextris serrati-
libus et in cornibus et ungulis dextris
et aliis que data sunt in adiutorium et vi-
gorem defensionibus animalium. Autem quod greci no-
minant athecos habent ante duo manualia ad-
ditamenta posteriorum maius exposite non unguie
unco tam in feminis quam in maribus. Causa autem
est quod istud est ex animalibus huius additamenti
intribus licet aliquando generentur causa quod natura
istius animalis facile leditur et dantur ei membra
ista ad defensionem. Natura enim omnia cuique
utitur additamentis ad operationes propter quas est
aut. Et huius autem que supra diximus de mani-
festis membris animalium et anathomia corporis
a primo libro usque ad quintum istius sive librorum
potest cognosci per situs istorum membrorum et
diversitas que est inter ea que conferunt ad in-
ventionem. Et huius est femine et mares
cognoscuntur.

Capitulum xiii de membris exterioribus malach-
ie secundum suas species

1. Nauntylus quidem iam dictum est
. dispositione interiorum malachie me-
mbra autem exteriora huius animalis non
sunt diversa neque deviata sed pe-
des eius multum sunt in interiori et anteriori
corporis sunt sicut circa caput et ante oculos
et circa os sunt quidam dentes ad morden-

dum eo quod pedibus sive caudis complectitur.
Pedes enim eius similiores sunt caudis quam cru-
ribus sive pedibus. Quedam enim animalia huius
generis habent duos pedes sive binos pedes
pedes habent ad posterius et anterius. Quedam est
habent pedes multilatere alligatos femori sicut sunt
animalia sanguinem habentia. Mulapes autem qui
greco nomine vocatur polipus habet quod pedes
eius sunt in anteriori corporis. Et ideo illius est
ad imaginem sicut in eo pes anterior et pes posterior
et qui sunt in uno loco. Egreditur enim pedes
eius a capite suo sicut quidam linee exe-
untes ab uno centro. Et hoc etiam accidit in
animali quod appellatur astarmoz teste animali. Utitur
enim dure teste animali uno modo appellatur animali
dure teste in hoc quod testa eius est valde
dura. Pars autem carnosa que est infra testam
appellatur caro mollis teste figura autem corporis
eius est sicut figura malachie. Et precipue
modus ille qui appellatur astarnoz et hec invo-
lucrum est diversorum ergo istorum modorum natura est sicut
diximus propter quod etiam ambulant unifor-
miter sicut faciunt quadrupedia multa et
homines. Habent enim hec os in capite in parte
superiori capitis deinde habent stomachum deinde
ventrem et post ventrem autem est intestinum
veniens ad locum egestus superfluitatis. Opposite ei
tres in sanguinis habentibus sicut secundum dictum dispositionem
Et post caput in talibus habentibus et oblongis ideo
pectus est quod vicinatur ei et propter ~~...~~
istum modum sunt membra interiora et posteriora pe-
dis et manus. Ampliis autem inter mollis teste
et multas corporis animalia continua in membris
interioribus secundum modum quod diximus sed diver-
sant ab animali sanguinem habenti in membris exterio-
ribus mobilibus. Malachie autem est id quod in
multis simile videtur illi quod vocatur sacciny
non dividitur. Sunt quedam animalia dure teste conferuntur
que incurvatur et factura corporis multum as-
similantur ista sed tamen posteriora corporis istorum
incurvata sunt vergencia versus corporis anterio-
ra sicut sunt linea est incurvata usque ad locum.
Cum ergo situs membrorum antiquis in corpore ho-
rum animalium secundum hanc sunt dispositionem. Et precipue
corpus malachie talis est creatoris. In tali
animali autem marino quod vocatur dicitur
polipus greco nomine quod latine sonat mul-
tipes non videtur ex de anterioribus nisi cap-
tum huius enim animalis figura est sicut sunt

octo serpentes unum caput habent a quo cor-
pora eorum sicut ab uno centro mittuntur ex-
cunt quod dicitur cum testeaceum de anterioribus
membris est quod astarinos vocatur nec vi-
dentur diversificari alia dicta nisi quia natura molle
~~nam~~ duriciem in malachie posuit intra ali-
quid sub carne circa corpus sed in aiali durete-
ste posuit extra duriciem omnis et totum cor-
pus inclusit intra eam ad saluandum ipm eo quod fuge
nocumenta non potest propter tarditatem motus
sui propter quod eciam superfluitas ex ascensioma-
lachie sicut eciam egreditur ex ore aialis quod
appellatur astarinos propter quod eciam factura
pedum malachie similis est factura pedum aliorum
mollium aialium dum aut sepion et id quod vo-
catur carydes dicuntur quia conferunt ad po-
lipum sive multipedem qui primo nominati
duo molli natant polipus aut aliquando am-
bulat adhuc aut duo dicti molles sex habent
pedes denticulos habentes manu et vl-
timi de sex sunt maiores et unum par-
horum sex pedum est ex parte inferiori et
istud par est valde forte sicut enim pe-
des posteriores sunt maiores et fortiores ad
impingendum corpus hoc ita par pedum in
isto modo aialium est forcius ad ferendum cor-
poris pondus ultimum aut par pedum forcius
est medio eorum magis vero ipso polipo aut
qui est multipes vocatur latine quatuor i-
medios pedes habet valde magnos octo
aut sunt omnis istius aialis et sunt carnei
generaliter pedes malachie et pedes quidem
malachie sunt in sepion et caryde sive ca-
lamari curti et breves et in polipo sunt
magni valde et longi ita quod hominem
aliquando detinet pedibus et aliquando proram navium
Corpora enim aliorum duorum mollium qui curtos
habent pedes sunt magna et corpus polipi est
valde parvum sicut quod enim natura diminuit in
quantitate corporis in polipo restituit in mag-
nitudine pedis et quod in sepian et ca-
ryde diminuit in quantitate pedis restituit
in quantitate corporis Amplius enim in natura
quibusdam facit pedes non enim ad figen-
dum ea in quibus maneant in mobilia sicut
manet pedes sepian et carydes sed et
facit tamen hoc ad ambulandum sicut pedes
polipi aliorum aut duorum mollium ambulacionis
non dant auxilium quia parui sunt et corpora

sua sunt magna et ideo ex pedibus nec
habent auxilium apprehensionis aut ambulacionis
que exitus de lapidibus quam omnia ex suis pe-
dibus habet polipus Sed quod quia hiis tribus
generibus aialium aialium convenit hec est quia
unde maris extollit in malessent et hyemes
et tempestas augmentum et conforcatur dat natura
vnicuique istorum duo additamenta per que sepian
anchorant dicta aialia et per illa manent sicut
mouentur naves circa anchoras per illa enim
deprehendit aliquid forcius stans in mari et
illi se affigunt neque ista additamenta inveni-
untur nisi in sepyan et carydes sive cala-
mari et polipo eo quod pedes istorum tamen aialium
congruunt tali apprehensioni et anchoracioni
Amplius aut mollia malachie qui in primis
pedibus habent orificia ad sugendum et ve-
nas sicut polipus habere videtur per longi-
tudinem pedum suorum habent enim in eis squa-
mositatem aut asperitatem quandam omnia hec
habent ad arma ad vigorandum aial propter quod
talia aialia indefensos utuntur involutione
pedis circa ea que deprehendunt et involucio
appellatur involucre qua antiqui faciebant
confortantes brachia et crura hec enim gratia
aialium per involucionem que faciunt aliquando in pri-
bus gracilibus nervosis attrahunt que
tangunt propter quod eciam involucio est
per molle aptum accipere et apprehendere et
post apprehensionem est conforcatum id in quo invol-
uit apprehensum et tunc fit involucio forcior
et spissa sepius involuta parte aialis est
apprehensum hoc aut est unde in polipo
qui captus ab homine statim involuit se
circa brachia et ita inseparabiliter cohe-
ret quod eciam pellem de brachiis abradit aliquando
~~aliquando~~ antequam separetur huius aut involucio est
apprehensio non fit in aliis aialibus nisi in aliquibus
generibus malachie. Similiter eciam est horum mollium
aialium aliud per additamentum huius accipi-
unt eo quod huius additamentis loco manuum
vtuntur Similiter eciam istorum aialium habent
membrum unum quod dicitur dno et causa huius est
tenuitas corporis et longitudo et graci-
litas ipsius aialis propter quod enim longi-
tudine horum membrorum et gracilitatem
natura composuit ipsum corpus eius ex uno

ossa. Et hoc quidem facit natura non quia
melius est sed quia corpus aliter in tanta
longitudine diffinite teneri non potest. Amplius
autem isti mures habent alas in circuitu corporis
et tale ille sunt in aliis speciebus continue eo
corpore. Cum in animali autem quod dicitur cannu et radie
in corpore continuantur ale. Auctoritas quoque horum
modorum est prima corporis sicut comedes quod est
calamare habet alam latam non strictam sicut
est ala sepion et polipi. Et causa huius est quia
principium generationis et virtutis et incrementi
horum modorum animalium est ex medio corporis
et non circuidat totum corpus. Neque habent autem
alas extremas ut sustententur per eas sicut
est pectus manibus in quo fere totum cor-
pus portatur. Et sicut est cauda manibus
habentibus caudam ut dicit aristoteles pectus enim
in avibus sustentat per ~~modum colligationis~~
totum autem eo quod ad pectus ale coniunguntur. Cau-
da autem sustentat per modum colligationis
quam per alas suas. Sed ala in polipo est adeo
parva quod non manifestatur aut vix mani-
festatur visui. Nec oportet eam esse magnam
quia corpus eius satis sufficienter elevatur per
pedes eius

Tractatus 2us primi libri animalium in quo agitur
de certa membrorum manifestorum. Capitulum primum
de certa dispositione ventris et extremitate ma-
nuum et pedum sub capite et collo in orbi-
gnibus animalium

H ic ergo determinata dispositione animalium
annulosi corporis et animalium mol-
lis teste et dure teste et
malachie et determinata eorum dispositione
membrorum interiorum corporis et exteriorum con-
sequens est facere transitum ad considerationem
dispositionis membrorum animalium habentium sanguinem
et generantium sibi simile animalia. Hac ergo considerantes
precedentes incipiemus considerare membra
exteriora videlicet que sunt non tetri-
gimus ubi de in speciebus horum animalium fecimus
tractatum et post hoc distincte pertractabimus
membra eorum exteriora animalium sanguinem habentium
avium autem eodem modo prosequentes de singu-
lis animalium exterioribus membris sicut determina-
vimus de corde animalium ~~exterioribus~~ interioribus membris
Nam autem superius determinavimus membrorum que vi-
cinantur capitibus et collo animalium. Et hinc
ergo incipientes dicimus quod ~~omne~~ omne animal habens san-
guinem habet caput sed caput in quibusdam ani-
malibus capitatum est distinctum et determinatum et
in quibusdam non sicut capita cancrorum.
Amplius autem omne animal generans sibi simile
habet collum. Avium vero quedam habent collum et
quedam non. Amplius autem omne animal habens pul-
monem habet collum. Animal vero non inspirans aere
ab extrinsecus non habet collum. Creatio autem capi-
tis non est facta nisi propter cerebrum hoc enim
est membrum quod necessarium est in animalibus omnibus
sanguinem habentibus. Non autem debet esse cere-
brum nisi superius in oppositione cordis propter eam
quod dominatur superius. Amplius autem natura posuit
in capite quosdam sensus eo quod natura cerebri tempera-
ta est et complexio eius est temperata quibusdam
sensibus. Et huius causam iam manifestavimus determina-
tam. Factum autem est hoc quia illi sensus consi-
derant quietem et subtilitatem spiritum
qui non sunt nisi in complexione frigida et humida
temperate sicut est complexio cerebri. Sub collo
autem non posuit nisi tertium membrorum a capite
et collo quod convenit in tanta tibi et hoc est
venter. Rationabile autem fuit ut sic membra
disponerentur quia sic venter est in loco sibi con-
venienter disposito et temperato. Non enim
esset bene quod super cor esset ~~prima virtus~~ nisi
est prima virtus vite et sensus et nutrimenti ne-
cesse esset bene ~~membrum~~ ventrem poni super me-
brum divinum quod est excellentissime operationis.
Dico autem operationem membri divini non esse nisi
operationem intellectus et sensus. Hoc enim mem-
brum si debeat conservare operationes non posset
supra se ferre aliud membrum quia super se non
posset portare pondus. Pondus enim huius
gravaret motum intellectus et alteraret sensus
eius. Et proprie si suppositum cerebro esset
corpus valde ponderosum sicut est sto-
machus et venter. Prima vero fuit huius
tertii membri declinatio versus terram sub
cor et pectus propter sui custodiam et membrorum
superiorum ne offenderent. Amplius autem natura
posuit loco manuum in quadrupedibus
pedes anteriores. Pedes autem posteriores ad
ambulandum necessarii fuerunt et propterea quattuor
fuerunt pedes in omnibus talis generis animalibus
ut pondus corporis suorum ferre possint. In
omnibus quattuor extremitates habentibus ani-
malibus anterius corporis maius est posteriori propter